BIBLIOTHECA
INSIGNIS
ET
REGALIS ECCLESIÆ
SANCTISSIMI MARTIALIS
LEMOVICENSIS;
SEU
CATALOGUS
LIBRORUM MANUSCRIPTORUM
Qui in eâdem Bibliothecâ asservantur,

Juxta rectum ordinem dispositus, & in quatuor Classes distributus.

a.3944.

PARISIIS,
Apud Fratres BARBOU, viâ Jacobæâ,
sub Ciconiis.

MDCCXXX.

MONITUM LECTORI.

HI ſunt Libri manuſcripti, qui nunc in famoſâ noſtrâ Divi Martialis Lemovicenſis Bibliothecâ ſervantur : eorum autem in concinnando Catalogo, non tam ſedulò in ſuâ Claſſe eos nobis licuit collocare, quin, qui in prima, verbi gratiâ, vel ſecunda numerantur, attingant ad tertiam & quartam, & vice verſâ. Ratio hujus everſionis hæc eſt, quòd religatis de novo Libris ab Heliâ de Brolio, annis 1265. & 1270. ut ipſius verbis utamur, (ut impenſis parceret, neve Libri ſupra modum excreſcerent,) Codices ſine ullo delectu, perpenſâ ſolùm eorum mole, fecit connectere : at parvi intereſſet, Codices non rectè fuiſſe diſpoſitos, ſi extarent, qui deſiderantur. Conſtat enim multò plures extitiſſe ex triplici Catalogo *, quem præ manibus habemus : Fatendum igitur alios dolo ſublatos, alios uſu & vetuſtate fuiſſe penitus abſumptos, commodatos quoſdam ad noſtram Bibliothecam rediiſſe nuſquam.

Hìc advertat Lector, nullos Scholaſticos Authores à Petri Lombardi & Comeſtoris temporibus Thecam Sancti Martialis nequidem ſa-

* *Duodecimi ſæculi.*

lutaſſe, quod eſt inconcuſſa ipſius vetuſtatis nota : nihil enim de SS. Thomâ & Bonaventurâ, & aliis Scholaſticis nobis licuit reperire.

Lectorem iterùm rogatum volo, ne offendatur vocibus quibus utimur in concinnando præſenti Catalogo, eas quippe ut plurimum ex ipſiſmet Librorum Elenchis deſumpſimus : Codices enim oculis tantùm quaſi advolando percurrimus.

Ad Primam Claſſem reducuntur Biblia & Gloſſæ, ſeu Expoſitiones Scripturæ Sacræ.

Ad Secundam, antiquæ Miſſalia, Antiphonalia, Gradualia, Ritualia, Breviaria, Martyrologia, Legendaria, Ceremonialia, Homiliæ & Sermones de Sanctis ; Rationalia de Divinis Officiis, &c.

Ad Tertiam, Concilia, Sancti Patres & Authores Eccleſiaſtici.

Ad Quartam denique, Doctores Juris Canonici & Civilis, Philoſophi, Medici, Hiſtorici, Poëtæ & Oratores, &c.

BIBLIOTHECA
INSIGNIS ET REGALIS ECCLESIÆ SANCTISSIMI MARTIALIS LEMOVICENSIS.

PRIMA CLASSIS,
Complectens Biblia & Gloſſas ſeu Expoſitiones Sacræ Scripturæ.

1 BIBLIA Sacra, *in folio maximo*, noni ſæculi, in quo continentur Deuteronomium, Joſue, Judices, Iſaïas, Jeremias, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ Minores, Job, & octoginta priores Pſalmi. Scripta fuit hæc Biblia anno 853.

2 Ejuſdem Bibliæ volumen alterum, *in folio maximo*, noni ſæculi, complectens Librum Ruth, quatuor Libros Regum, Proverbia, aliquam partem Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Librum Sapientiæ, Eccleſiaſticum, duos Libros Paralipomenon, Eſdram, Eſther, Tobiam, Judith, Machabæos, quatuor Evangelia, cum Canonibus & Canonum Titulis; Geſta Apoſtolorum, cum ſeptem Epiſtolis Canonicis; Epiſtolas Pauli & Apocalypſim. Sequitur Epiſtola Sancti Ambroſii, &c. quædam Bulla.

3 Alterius Bibliæ volumen unum annorum 650. *in folio ma-*

ximo; in quo continentur, Pentateucus, Josue, Judices, Ruth, majores & minores Prophetæ, Job, & Psalmi, quorum ultimus CLI. apud LXX. Interpretes reperitur.

4 Ejusdem Bibliæ volumen alterum, *in folio maximo*, in quo continentur quatuor Libri Regum, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, duo Libri Paralipomenon, duo Libri Esther, Tobias, Judith, duo Libri Machabæorum, quatuor Evangelia, Acta Apostolorum, Epistola Jacobi Canonica, ambæ D. Petri, tres D. Joannis, unica Judæ, & quatuordecim Pauli; cum Epistolis Sancti Hieronymi ad unum quemque Librum, annorum 650.

5 Glossa supra Isaïam & Jeremiam, Authore Gilberto Autisidionensi Diacono, *in folio*, annorum 500. cui subscripsit ipse Gilbertus.

6 Glossa in quatuor Evangelia ejusdem Gilberti, *in fol.* ann. circiter 400.

7 Collectanea septem Epistolarum Canonicarum, Actuum Apostolorum, Apocalypseos, Sermonum Sancti Hieronymi de Assumptione, Sancti Joannis Chrysostomi de Beata Virgine, & de Nativitate ejusdem; Sermones Alcüini ad Carolum Magnum; ejusdem, de Hypapanthe Domini; Librorum Ezechielis & Isaïæ, qui leguntur per Adventum; de Genesi & Jeremia, toto Passionis tempore; plurimarum Homiliarum Divi Gregorii, Venerabilis Bedæ, Sancti Hieronymi, Fulgentii, *in fol.* annorum saltem 500. Hæc enim omnia in uno volumine colligata sunt à Bernardo Iterii, an. 1264.

8 Commentarium in Lucam & Joannem, Autoris incogniti, *in folio parvo*, annorum 350.

9 Collectanea complectentia Vitam sanctorum Pardulphi & Barnabæ Apostoli; aliquid de Cantico Canticorum; fragmentum Proverbiorum & Ecclesiastes; Cantica Canticorum integra & explanata, Librum Sapientiæ, Ecclesiasticum; Vitam Sancti Martialis authore sancto Aureliano ejus successore. Hæc omnia à variis manibus & diversis annis scripta sunt; eorum quædam nobis videntur annorum 700, alia 600, alia 500.

10 Pars aliqua Bibliorum, ubi Genesis, Numeri, Leviticus, Deuteronomium & Josue, cum adjunctis Sancti Hierony-

mi Præfationibus, includuntur; hunc codicem comparavit Bernardus Iterii, anno 1223.

11 Capitularia Lectionum & Evangeliorum quæ per annum leguntur; in hoc codice reperitur genus quoddam Concordantiæ columnis distinctæ, maximâ attentione dignæ: si fides habeatur inscriptioni infrà positæ, illud volumen est annorum 923.

12 Textus Actuum Apostolorum, quorum præ vetustate deest initium; unica Jacobi Epistola; Petri prima & secunda; Joannis, prima, secunda & tertia; Pauli quatuordecim; Judæ unica. Item Textus quatuor Evangeliorum, annorum circiter 500.

13 Codex in quo in unum coadunantur Liber Baruc, Vita Sancti Nicolai per Joannem Diaconum servum Sancti Januarii; fragmenta Proverbiorum; expositiones in Lamentationem Jeremiæ; tres Sermones ignoti Autoris; Vita Sancti Hilarii Pictavensis Episcopi, cum Officio ejusdem à Fortunato; Regula Sancti Basilii; Liber Sententiarum; duo Sermones Sancti Augustini de Nativitate Domini; Explanationes Orationis Dominicæ, *in octavo*, annorum 550.

14 Fragmentum Martyrologii, Liber Proverbiorum, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, *in quarto*, annorum 500.

15 Augustini Expositio in Psalmos usque ad Psalmum quinquagesimum, à quodam Marbodo transcripta, *in folio*, annorum saltem 700. In ejus fine additum est Necrologium anni 1220.

16 Ejusdem Augustini Expositio Psalmorum, à quinquagesimo & infrà; idem de Fide Orthodoxâ, *in folio*, annorum saltem 700.

17 Sancti Grægorii Papæ Expositio in Job, cum Præfatione ejusdem Grægorii, *in fol.* annorum 700.

18 Sancti Hieronymi Libri quatuordecim in Ezechielem, *in fol.* annorum 700.

19 Commentaria ejusdem Hieronymi in Ozeam Libri tres, totidem in Jonam, Nahum, Abdiam & Zachariam; aliquid super Michæam absque initio; Libri duo in Abacuc, Sophoniam, Aggæum & Malachiam; item Tractatus Isidori, de ortu & obitu Prophetarum; item Commentarium Hieronymi super Danielem, annorum 600.

20 Expositio in Psalmos, & in fine Præfationis legitur: *Ma-*

ximini Autelii Imp. Caſſiodori Senatoris jam Domino præſtante Converſi explicit Præfatio, annorum 700. & ultrà.

21 Commentarium Hieronymi in Iſaïam, annorum 500.

22 Commentarium Sancti Auguſtini in aliquot Pſalmos, *in fol.* ann. 600.

23 Idem Auguſtinus in Epiſtolas Joannis, *in quarto*, annorum 500.

24 Bedæ Præſbyteri, Expoſitio Petri, Joannis, Jacobi & Judæ, anni 1222. *in quarto.*

25 Ejuſdem Bedæ Expoſitio de Moyſis Tabernaculo Libri tres; Ejuſdem, Expoſitio Cantici Abacuc, *in fol.* annorum 500.

26 Explanatio Cantici Canticorum; Commentarium in Epiſtolas Pauli; alia Cantici Canticorum Expoſitio, cum gloſſâ interlineâ; de Etimologiâ quorumdam Vocabulorum; Sermones aliqui, *in octavo*, annorum 500. & 400.

27 Canticum Canticorum Gloſſatum; Expoſitio Epiſtolæ Sancti Jacobi, ex Beda; Sancti Petri primæ; Sancti Joannis primæ, ſecundæ, tertiæ; fragmentum Expoſitionis in Job; quidam Sermones Authoris incogniti; Tractatus Metaphyſici, *in quarto*, annorum 500. & 400.

28 Expoſitio in Job, in Acta Apoſtolorum, in Epiſtolas Petri, Joannis & Judæ, Commentaria in Apocalypſim, *in folio*, anni 1400.

29 Comeſtor in Acta Apoſtolorum, Tractatus de Logicâ, de Epiſcopis; Sermones aliquot qui videntur eſſe Sancti Bernardi; Epiſtolæ Yvonis Carnotenſis Epiſcopi, *in quarto*, annorum partim 500. partim 450.

30 Epiſtolarum Sancti Pauli Apoſtoli Explanatio, *in folio parvo*, annorum ſaltem 500.

31 Paterii Opuſcula, ex Dictis Sancti Grægorii Papæ excerpta; Liber primus in Geneſim, ſecundus in Exodum, tertius ſuper Leviticum, quartus ſuper Numeros, quintus ſuper Deuteronomium, ſextus ſuper Joſue, ſeptimus & octavus ſuper primum & ſecundum Regum, nonus ſuper Pſalmos, *in quarto*, annorum 700.

32 Commentarium in Epiſtolas Pauli, *in duodecimo*, an. 300.

33 Explanatio Locorum Scripturæ Sacræ: de Grammaticæ regulis: de variis Rebus Theologicis, *in quarto*, annorum 350.

34 Grægorius Papa in Ezechielem Prophetam; idem in ultimam Visionem ejusdem Prophetæ, *in folio*, ann. 700. In ejus initio videre est Tabula Paschalis perantiqua.

35 Sancti Hieronymi Præsbyteri Libri Propheticarum Explanationum: in Ozeam Libri tres, in Amos totidem, in Abdiam Liber unus: Vita S. Valerii, *in fol.* ann. 700.

36 S. Hieronymi Expositio in Psalmos: Sermo de Reconciliatione: S. Porcarii Abbatis Monita: Admonitio in eos qui dicunt, *si mala non fecerint, licet bona implere noluerint*: Sententia de Moribus B. Job: S. Augustini Sermones tres ad Populum: Ordo Paschalis: Interpretatio Alphabeti Hebræorum: S. Hieronymi Expositio in Isaïam, *in octavo*, annorum 750.

37 S. Joannis Chrysostomi Commentaria in Epistolam ad Hebræos, *in fol.* ann. 800. Hujus Codicis initio legitur Authentica Reliquiarum cujusdam Capsæ argenteæ in siniſtro latere veteris Altaris positæ. Deinde sequitur Descriptio Rei æreriæ S. Martialis, anni 1221. in Festo S. Barnabæ. Extat in fine Charta cujusdam Doni ad Prioratum de Pona, anno decimo Lotharii, qui respondet ad an. 850.

38 Origenes super Leviticum, *in duodecimo*, ann. 600.

39 Rabinni Mauri in quatuor Libros Regum Expositio: Libri quatuor ad Hilduinum Abbatem: Bedæ Quæstiones in Libros Regum. Initio hujus Codicis hæc leguntur: *Hunc Librum fecit facere Gaucelinus Armarius ad servitium S. Martialis*: variorum temporum, quorum ultimum est an. 600.

40 S. Odonis Expositio in Job. Extat initio quædam Præfatio quam scripsit Bernardus Iterius, hujus Loci Armarius, post annum 1210. *in quarto*, ann. 600.

41 Expositio in Isaïam Prophetam, authoris incogniti, *in fol.* In fine additur ab Ammanuensi, *Hic Liber est scriptus anno* 1202. *pridie Nonas Aprilis, regnante in Franciâ Philippo, episcopante Joanne (Lemovicis.)* Deinde, *Hunc Librum fieri fecit Gaucelinus Bernardus ad honorem & servitium S. Martialis Lemovicensis.*

42 Sancti Hieronymi Commentariorum Libri quatuor in Evangelium Matthæi, cum Indice Evangeliorum, *in folio*, annorum 650.

43 Fragmentum Epistolarum Pauli, cum Glossâ, *in quarto*, annorum 500, in quo integra ad Corinthios Epistola glossata legitur.

SECUNDA CLASSIS

Complectitur antiqua Miſſalia, Antiphonalia, Gradualia, Ritualia, Breviaria, Martyrologia, Legendaria, Ceremonialia, Homiliæ, & Sermones de Sanctis, Rationalia de Divinis Officiis, &c.

44 MIſſale perantiquum annorum ſaltem 700, quod emit Bernardus Iterii, Armarius Sancti Martialis, pretio quinque ſolidorum, à Wilhelmo Marcel, anno 1210. In Canone inter Sanctas Occidentis numeratur Beata Valeria Virgo & Martyr, imó totius Aquitaniæ Protovirgo & Martyr; & poſt verba *Libera nos Domine.... intercedente B. M....* additur, *Beatis Stephano, Hilario, Martino, Auguſtino, Gregorio, Benedicto & Nicolao, in folio*, ad uſum Diœceſis Lemovicenſis.

45 Legendarium antiquum Evangeliorum & Epiſtolarum totius anni, cum præconio Paſchali notato punctis atque lineis, *in quarto*, annorum ſaltem 600.

46 Antiquum Breviarium ad uſum Chori, in quo Lectiones cum Reſponſoriis ad planum canendi modum delineantur, annorum 400.

47 Epiſtolæ Miſſarum totius anni de Tempore & Feſtis, *in quarto*, annorum 400.

48 Item aliud Epiſtolarium, *minoris magnitudinis, in quarto minori*, annorum 450.

49 Graduale cum plano canendi modo, abſque lineis, annorum ſaltem 700. *in folio*, cujus initio leguntur tres quatuorve chartæ archetypæ, anni 1028.

50 Kalendarium ad uſum Sancti Martialis, cum Pſalterio ad uſum Chori, *in fol.* an. 300.

51 Lectionarium cum Reſponſoriis in plano cantu, abſque lineis, *in fol.* annorum ſaltem 450.

52 Pſalterium cum Reſponſoriis Notatis eo quo canuntur modo in Vigiliis Defunctorum, annorum 300.

53 Item, aliud Pſalterium cum Reſponſoriis Notatis, ejuſdem ætatis.

54 Fragmentum Veteris Lectionarii, cum Reſponſoriis Notatis, annorum 400.

55 Antiquum Breviarium, complectens Officia totius anni, *in folio majori*, ann. 300.

56 Magnum Lectionarium Sancti Martialis, majori caractere exaratum, *in fol.* ann. 250.

57 Statuta Monachorum Sancti Martialis ad Divinum Officium, imò ad Monaſticam Vitam maximè ſpectantia, *in fol.* ann. 500. in quo legimus collationem, ſeu, ut aiunt, *vidimus*, cujuſdam chartæ anni 1202. factam an. 1302.

58 Breviarium cum Reſponſoriis Notatis, *in folio*, annorum 400.

59 Breviarium ad uſum Monachorum Sancti Martialis, *in octavo*, ann. 300.

60 Ordo Divini Officii recitandi ad uſum Monaſterii Sancti Martialis, *in octavo*, annorum ſaltem 685. In illo plurima, & quidem notatu digna, quæ hîc recenſere non poſſumus, legimus.

61 Antiquum Breviarium Notatum ſine lineis, *in octavo*, ann. 550.

62 Præparatio Cycli Decemnalis Paſchalis Concilii Nicæni, edita à CCCXXV. Epiſcopis, annorum ſaltem 400.

63 Officium Sanctæ Crucis Notatum cum punctis abſque lineis; item Commentaria Sancti Hieronymi in Epiſtolas Pauli ad Galatas, ad Epheſios, ad Titum & Philemonem,
64 *in fol.* ann. 600.

Legendarium, in quo plurimorum Sanctorum Vitæ exarantur, *in fol.* ann. 650.

65 Amalarius de Divinis Officiis, Canones Conciliorum Græcorum & Latinorum; Geſta Summorum Pontificum, Sancti Clementis Papæ ad Jacobum; Canones Abbonis Abbatis de Ornamentis Eccleſiæ Romanæ; Capitulare Ordinis Eccleſiaſtici ſicut Romæ celebratur; Fides Nicæni Concilii, cum Subſcriptionibus Patrum; Altercatio Apollonii Philoſophi cum Zachæo Chriſtiano, *in quarto*, ann. partim 500. partim 400.

66 Martyrologium Lemovicenſe, ad uſum Monaſterii Sancti Martialis, in quo continentur nomina Monachorum, Fratrum & Benefactorum defunctorum, ab an. 608. uſque ad an. 1139. *in quarto*.

67 Allegoriarum Utriuſque Teſtamenti Libri octo, qui videntur eſſe Sancti Iſidori; Tractatus de Feſtis, Temporibus, Officiis, & Ceremoniis Eccleſiaſticis; Explanatio Cantici Canticorum; Sermones plurimi; Expoſitio Orationis Dominicæ, *in quarto*, ann. 400.

68 Regula Grammaticæ, Antiphonæ & Verſiculi ſine notis; Tractatus de Pronis & Verſiculis; Lectiones aliquot de Scripturâ; Sermones varii, *in quarto*, ann. 500.

69 Ceremoniale Feſtorum, & Preces in Proceſſionibus dicendæ; & Ratio moralis horum Feſtorum; Collectanea ex dictis Sancti Auguſtini, & intermixtim aliorum quorumdam; Officia Breviarii de Communi, ab Apoſtolis uſque ad Virgines, *in octavo*, ann. 600. 500. & 450.

70 Breviarium, cum Reſponſoriis Notatis punctis, ann. pluſquam 600.

71 Explanatio Ceremoniarum Miſſæ; Tractatus de Judicibus & Judiciis, *in quarto*, ann. 500.

72 Martyrologium perantiquum, & Necrologium S. Martialis, ubi multa leguntur Confraternitatum Acta, ab anno 1040. ad XIII. uſque ſæculum. Adſunt inibi Regula Sancti Benedicti, & effigies Chriſti vetuſtiſſima, *in quarto*, ann. 800.

73 Inſtructio Catechumeni; Expoſitio Evangelii *Deſignavit*, ex Sancto Grægorio Papa; Inſtructio Sacerdotum circa Sacramenta: ibi maximè verba Miſſæ explicantur; Expoſitio ſuper Simbolos Apoſtolorum & Sancti Athanazii; Sermones de Nativitate, *in quarto*, ann. 600.

74 Expoſitio penè verborum omnium Miſſæ à quodam Doctore: parvus Tractatus de Baptiſmo & Euchariſtia, ex Patribus ſumptus: Expoſitio Simboli Apoſtolorum: de diverſis Ceremoniis & Verbis Miſſæ, tam privatæ quàm ſolemnis & Epiſcopalis: de Miſſa Epiſcopali in Ordinationibus: de Baptiſmi Ceremoniis: Variæ Collectæ, Verſiculi, & Precationes ad Contritionem excitantes, *in duodecimo*, annorum 550.

75 Breviarium parvum, incipiens circa Feſtum Sanctorum Petri & Pauli, & deſinens Communi Virginum, annorum 500.

76 Litaniæ Sanctorum Veteris & Novi Teſtamenti in quâcumque tribulatione recitandæ: Collectæ, Orationes, Con-

feſſio ampla peccatorum, plures Preces ſeu Verſus Deprecatorii : Sibillarum Prophetiæ : Iſidori Liber, continens Lamentum Animæ, *in quarto*, an. 600.

77 Benedictiones & Capitula Sanctorum ad Veſperas & Laudes, Orationes in Officio Defunctorum, Miſſæ Adventûs, Collectæ pro Sanctis, quædam Miſſæ de Communi, *in quarto*, annorum 300.

78 Kalendarium Sanctorum, Præfationes, Communicantes, Evangelia & Epiſtolæ ex Miſſali deſumptæ, *in quarto*, an. 700. Ibi legimus Authenticam de Sacro Crucis Domini Ligno anni 1221. menſe Octobri. In corpore hujus Codicis inſpiciuntur vetuſtiſſimæ Chriſti effigies, cum Canone Miſſæ antiquiſſimo.

79 Orationes Miſſarum ab Adventu uſque ad Cœnam Domini, & Officium Miſſæ uſque ad Paſcha ; item Præfationes, & Communicantes propriæ de Sanctis per annum ; Benedictiones Calicis & Patenæ, Monachi induendi, *in fol.* an. 500. In ejus fine legitur Kalendarium ipſo Codice multò vetuſtius.

80 Manuale Precum ad Benedictionem Aquæ & Panis ; Benedictio Abbatis, Novitii, &c. Ordo Cathecumenum faciendi ; Benedictiones Epiſcopales ; Orationes Officii Divini per annum ; Benedictio Ramorum ; Orationes pro Moribundo ; Officium pro Defunctis, cum Ordine Officii & Cyclo anni 1135. *in quarto majori*, an. 650.

81 Graduale Notatum, *in octavo*, ſine initio & fine, annorum 500.

82 Reſponſoria, Hymni, Kyrie, cum Cantu Grægoriano, ann. 550. Extat inibi Catalogus Librorum qui tunc temporis ſervabantur in Bibliothecâ Sancti Martialis.

83 Ordo ungendi infirmos, & Orationes ſuper infirmos faciendæ ; Kalendarium Sanctorum ad uſum Sancti Martialis ; Ordo ſervandus erga infirmum morte detentum ; Proſæ de Sanctis Notatæ cum punctis ; Orationes ad Crucem adorandam ; Antiphonæ de Sanctis & de Tempore ; Reſponſoria ad Proceſſiones ; Præconia Paſcatis & Pentecoſtes pro Papa, Imperatore, Rege, Epiſcopo & Abbate Sancti Martialis : Porro hîc propriâ manu Scriptoris recenſentur Joannes, Rodolphus, Turpio Epiſcopus Lemovicenſis, Stephanus Abbas Sancti Martialis, ex quo patet, hunc Co-

dicem esse ann. 800. scilicet circa 923. vel 924. Item Vita S. Odonis in eodem volumine; passiones SS. Leodegarii, Fidis Virginis, Margaritæ Virginis, Wilhelmi Confessoris; Sermo de Nativitate; Homiliæ Bedæ de Ramis Palmarum, & de Octavâ Ascensionis; viginti & septem Hymni. Hæc omnia annorum 500. usque ad Sermonem de Nativitate: Sermones verò de Nativitate & Sancti Benedicti, annorum circiter 600. Vita Sancti Wilhelmi, annorum 500. Reliqua videntur annorum plusquàm 400. *in quarto.*

84 Ceremoniale Agendorum in Festivitatibus, & Officium per annum; plures Benedictiones Ornamentorum; Officium Sepulturæ, *in duodecimo*, annorum partim 500. & 450.

85 Sancti Grægorii Homiliæ undecim in Ezechielem, ejusdem Homiliæ decem in ultimam partem Visionis Ezechielis, Vita Sancti Hugonis Cluniacensis per Hilbertum Episcopum Cœnomanensem, *in fol.* ann. 600.

86 Sancti Joannis Chrysostomi Homiliæ in quinquagesimum Psalmum & alios duos: Homiliæ de Diversis, maximè in quatuor Evangelia: Homiliæ seu Liber [*quòd nemo laditur, nisi à seipso.*] Sancti Grægorii Papæ Dialogi, quorum desunt initium & finis, *in quarto majori*, partim ann. 750. & partim 500. Ante Dialogos exstat Instrumentum anni 1249. cum serie quorumdam Abbatum Sancti Martialis Lemovicensis.

87 Sancti Joannis Chrysostomi Homiliæ triginta quatuor in Epistolam ad Hebræos. Initio hujus Codicis sunt duo Sermones de Corpore Christi, *in fol.* ann. 750.

88 Hymni cum plano canendi modo notati punctis absque lineis: item Officium Beatæ Mariæ, *in duodecimo*, annorum 600.

89 Antiphonæ, Prosæ, & Responsoria de variis Festis, cum cantu punctuato sine lineis, *in duodecimo*, annorum 700.

90 Orationes, Lectiones ex Scripturâ Sacrâ, ex S. Augustino, ex Breviario, & aliis Scriptis desumptæ: Vita S. Majoli: Vita S. Austregezilli, *in duodecimo*, ann. partim 600. 500. & 400.

91 Usuardi Martyrologium: Regula S. Benedicti, cum vetustissimâ Salvatoris figurâ, extante hinc inde S. Martiale &

S. Benedicto : Præconia Beatæ Mariæ Virginis Notata punctis : Legenda ex Evangelio per annum : de modo faciendi Confraternitates ſeu Societates, quidque erat pauperibus diſtribuendum : Necrologium Monachorum Abbatum & Benefactorum ; fragmentum Catalogi Librorum S. Martialis, *in fol.* ann. 600.

92 Reſponſoria ad Proceſſiones totius anni, cum Anthiphonis plurimorum Sanctorum, *in octavo*, ann. 300.

93 Reſponſoria, Proſæ, Antiphonæ Temporis & Sanctorum, cum *Kyrie* & *Gloria in excelſis*, *Sanctus* & *Agnus Dei*, cum cantu ad unicam lineam directo, *in quarto*, ann. 500.

94 Proſæ, Reſponſoria, & Antiphonæ de Feſtis & Sanctis, cum Cantu & punctis. Circa medium ſunt Libri de Demonſtratione Topicorum, qui videntur eſſe Ariſtotelis, *in octavo*, annorum 700. Ibi legitur Chronologia Bernardi Iterii.

95 Hymni, Reſponſoria, & alia id generis notata punctis. *in quarto*, ann. 700.

96 Antiphonæ, Proſæ, Reſponſoria. *Kyrie*, *Sanctus*, *Agnus Dei*, &c. notata punctis, *in quarto*, ann. 700.

97 Volumen aliud eadem complectens, *in octavo*, ann. 700.

98 Idem quod ſuprà, ann. 700.

99 Deprecationes & Benedictiones ante Lectiones Officii, cum Kalendario Feſtorum & Capitulorum totius anni ; Modus adminiſtrandi Sacramenta Monachis infirmis, & de Sepulturâ Mortuorum, ann. 400.

100 Hymni, Reſponſoria, & Antiphonæ Feſtorum per annum, notata punctis, *in octavo*, ann. 700.

101 Antiphonarium cum Reſponſoriis, Proſis & Hymnis punctuatis, *in quarto*, ann. 700. Extant initio nomina quorumdam Defunctorum.

102 Antiphonarium cum Reſponſoriis punctuatis, *in octavo*, annorum 700. In ipſo depictæ ſunt quædam figuræ perantiquæ.

103 Reſponſoria & Antiphonæ, cum plano canendi modo, *in folio parvo*, ann. 500.

104 Reſponſoria, Antiphonæ, & *Alleluya* notata punctis, *in duodecimo*, ann. 700.

105 Reſponſoria, Antiphonæ, & Hymni notati punctis, *in duodecimo*, ann. 700.

106 Joffredi Sermonarium, ex Homiliis Patrum de Tempore, & Festis, & Communi Sanctorum, *in fol.* an. 700.

107 Cycli decemnovales viginti-octo, in quorum fine legitur: *Explicit Annus magnus Paschalis.* Epistola Joannis de Apostolatu Sancti Martialis, anni circiter 1039. S. Grægorii Papæ Dialogi, ann. 500. Liber Evangeliorum ad Matutinum, ann. 700. cum Collectis adjunctis; Officium Sanctæ Trinitatis, & Cathedræ S. Petri, cum Hymnis Sancti Martialis, & Lectionibus S. Andreæ, Nativitatis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, & Purificationis, saltem ann. 500. Sancti Grægorii duæ Homiliæ; Vita Sanctorum Justiniani atque Pardulphi; ejusdem Antiquitatis, *in fol.* cujus initio adest Instrumentum anni 1220. pro Convocatione Capituli Generalis, cui interfuerunt Monachi numero centum & quinquaginta.

108 Antiphonæ, Responsoria, Prosæ cum punctis, *in octavo*, ann. 700.

109 Homiliæ Sanctorum Patrum, à Sabbato Sancto usque ad Dominicam quartam post Pentecosten; Sermones de Sancto Joanne Baptista & de Sanctis Petro & Paulo; Liber Sancti Joannis Chrysostomi de David & Goliath; aliæ Homiliæ usque ad Dominicam decimam post Pentecosten; Sermo de S. Laurentio; Homiliæ de reliquis Dominicis post Pentecosten; Homiliæ de Communi & de Vigiliâ Dedicationis, de Jejunio, de Doctoribus & Circumcisione, *in fol.* ann. 700.

110 Antiphonarium, cum plano canendi modo, *in octavo*, ann. 300.

111 Graduale pervetustum, cum cantu absque lineis punctuatis, *in octavo*, ann. 600.

112 Legendarium, cum Responsoriis notatis. Deest initium & finis, *in quarto*, ann. 700.

113 Manuscriptum complectens 1°. Duos Libros, quorum primus agit de litteris, de voce, de verbo, de syllabâ, de cæteris cartis & pergamenis, de generibus opusculorum, de orthographia, de etymologia, de glossa, prosa & historia. Secundus agit de Bibliotheca, de Interpretibus, de Trinitate, de Prophetis, de omnibus Sanctorum Ordinibus, de Clericis, de Monachis, de Festivitatibus, de Officiis, de Ordine Missæ, ann. saltem 700. 2°. Sequuntur

Canones

Canones Apoſtolorum, diverſique Canones Conciliorum, & Regulæ Patrum: Decreta Conciliorum, Ancirani, Neocæſareæ, Leodienſis, Conſtantinopolitani & Sardinenſis: Decreta Celeſtini; Gelaſii, Clementis, Leonis, & aliorum Summorum Pontificum, *in quarto*, ann. 800.

114 Fragmentum cujuſdam Gradualis, ann. 700.

TERTIA CLASSIS,

In quâ Sancti Patres, Authores Eccleſiaſtici, & Concilia recenſentur.

115 VIta Sancti Antonii per S. Athanaſium, Sancti Baſilii per Amphilochium, Vitæ Patrum ex Palladio, Joannis Hiſtoriæ ex Beda, Vita Sancti Pacomii, Sancti Pauli Heremitæ, Malchi, Hilarionis, Fulſæi Abbatis, Sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, Joannis Chryſoſtomi Liber de reparatione Lapſi, ejuſdem Libri duo de compunctione cordis, Sancti Ephrem, Libri duo de Beatitudine animæ, & de compunctione cordis; Admonitio Sancti Baſilii ad Monachos, iterum Sancti Hieronymi; Admonitio ad Monachos, Sancti Iſidori Sententiarum Libri tres de vitiis & virtutibus, *in folio*, annorum 600.

116 Libri Moralium Sancti Grægorii Papæ: avulſi ſunt Libri quatuordecim: deeſt & aliqua pars decimi quinti: qui reſtant, incipiunt à decimo quinto uſque ad trigeſimum quintum: adſunt in fine Conſuetudines Cluniacenſes, ante quas leguntur ſex verſus qui indicant quemdam Petrum Alez ſub Ademaro Sancti Martialis Abbate hos S. Grægorii Papæ Moralium Libros conſcripſiſſe, anno ſcilicet circiter 1065. *in fol.*

117 Liber Moralium Sancti Grægorii Papæ, à decimo octavo uſque ad trigeſimum quintum, annorum 500.

118 Ejuſdem Epiſtolæ numero 205. cum Symbolo ipſiuſmet Summi Pontificis in articulo mortis, *in folio*, annorum 700.

119 Sermones Sanctorum Patrum; Vita Sancti Joannis Heremitæ & Sancti Hilarionis: plurima Divi Hieronymi Opuſcula; Vita Sanctorum Amantii, Baſilii, Eparchii & Bren-

dani; Gesta Salvatoris, authore Sancto Athanasio Episcopo Alexandrino; miraculum de Imagine Domini; Vitæ Sanctorum Paconii, Pauli & Malchi; de Vitis Sanctorum Patrum; Beati Nili Dicta de octo Vitiis principalibus, in *folio parvo*; variis scripturis, ad minus annorum 600. In fine insertum est Instrumentum Dedicationis Ecclesiæ Divi Martialis ab Urbano II. anno 1095.

120 Homiliæ plurimæ Sanctorum Patrum de Adventu & Nativitate, & pro aliis Festis; Vita Sanctorum Aredis & Brixii; Miraculum Imaginis Beriti; Sermones à Septuagesima ad Ramos, cum Explicatione Passionis Domini; Lamentationes Jeremiæ; Homiliæ in aliquot Psalmos, *in fol.* annor. plusquam 650.

121 Sancti Leonardi Miracula, cum Lectionario Festorum totius anni, & Instrumento in fine anni 1220. *in fol.* ann. 600.

122 Collationes Cassiani, & Historiæ quæ videntur esse Rufini, cum pervetusto Necrologio in fine, quod indicat nomina defunctorum per duodecim menses, *in folio minori*, ann. 650.

123 Exameron Sancti Ambrosii, Libri sex de Paradiso, septimus de Caïn & Abel, nonus & decimus de Adhortatione ad Virginem; undecimus de Virginitate perpetuâ Beatæ Mariæ, duodecimus passio Sanctorum Vitalis & Agricolæ, *in quarto*, ann. 600.

124 Sancti Augustini Tractatus 49. Ejusdem septem Libri adversus Epistolas Parmenioni, ann. 600,

125 Sanctus Augustinus de quantitate animæ; Sanctus Ambrosius de bono mortis, *in octavo*, ann. 600.

126 Sancti Augustini Enchiridion, Pastorale S. Grægorii, *in octavo*, ann. 700.

127 Sancti Augustini Speculum, *in octavo*, ann. 600.

128 Enchiridion Sancti Augustini, idem de prædestinatione contra Pelagium, ejusdem Altercatio Feliciori, ejusdem Sermo in Evangelium S. Joannis de Baptismo, *in quarto*, ann. 800.

129 Idem Augustinus de Doctrinâ Christianâ, *in octavo*, ann. 600.

130 Ejusdem Augustini Liber de Cœnâ Domini usque in finem, Sermones septem, *in fol.* ann. 600. & ultrà.

131 Ejuſdem Auguſtini in Epiſt. Joannis Homiliæ decem; ejuſdem, de Compunctione cordis libri duo, de Virginitate liber unus, de Agno Chriſtiano, de Monachis, quædam excerpta, & aliquid ex Sancto Grægorio, liber de Morte, de Anima Defunctorum, Libri duo de Corporum Reſurrectione, *in folio parvo*, ann. partim 600. & 500.

132 Homiliæ Beleti in feſtivitate omnium Sanctorum & Gabrielis Archangeli, Lectiones de Inventione Sanctæ Crucis, de Natali Innocentii & Beati Severiani; Sermo de Adventu Domini; item Sermo S. Joannis Epiſcopi de Innocentibus: tum ſequuntur Commentaria (cujuſdam Præſbyteri, Claudii nomine, qui ſuum dicat opus Domno piiſſimo & inclito..... Dructeramno Abbati) in omnes Epiſtolas Pauli, exceptis ad Romanos & Corinthios. Sequuntur & Beati Auguſtini Epiſtolæ ad Paulinum & ad Bonifacium. Ea omnia non eâdem manu, ſed annorum 600. ad minus, *in fol. parvo.*

133 Bedæ Præſbyteri ſuper Marcum Sermones aliquot; Tractatus Moralis de pluribus Rebus & Verbis Scripturæ. In cujus fine hæc aliàs legebantur verba: *Adeymarus, indignus Præsbyter & Monachus apud Engoliſmam Librum hunc ſcripſi*, *in fol.* ann. 781.

134 Collectio Canonum Summorum Pontificum; Epiſtola Sancti Hieronymi ad Bæticum; aliquæ donationes; fragmentum paſſionis Sancti Chryſtophori, Sanctorum Petri & Pauli, Andreæ, Philippi, Bartholomæi; Vita S. Martialis, SS. Vitalis & Agricolæ, SS. Eventii & Theodulphi; Vita S. Leodegarii, vita Sanctæ Euphroſinæ, Vita Hieronymi & Chryſtinæ; paſſio SS. Coſmæ & Damiani; Inventio Sanctæ Crucis; Vita Sancti Martini per Severum; Vita S. Maximini Abbatis; Homilia de Nativitate Domini, Miracula S. Michaëlis Archangeli, *in quarto*, ann. 600.

135 Vita S. Columbani, per Joannem ejus Diſcipulum; Paſſio SS. Mauritii & Sociorum, & S. Laurentii; Homilia Sancti Iſidori in Dedicatione S. Michaëlis: Tranſitûs Sancti Martini Sermones quatuor; Sermo de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis: Sancti Auguſtini Liber Homiliarum ex Patrum Scriptis depromptus, *in octavo*, ann. 550.

136 Euſebii Cæſarienſis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Libri undecim; Fragmentum ejuſdem de Scriptoribus Eccleſiaſticis,

in fol. ann. 700. & ultrà.

137 Sermones de Feſtis, Tractatus de Logicâ, Quæſtiones Theologicæ, & Explicatio Locorum Sacræ Scripturæ, de Gratiâ & Libero Arbitrio; Quæſtiones de Ceremoniis & Conſuetudinibus Eccleſiæ; Miſcellanea, Tractatus Moralis de Virtutibus & Locis Scripturæ Sacræ, de Paſſionibus, *in quarto*, ann. 400. & 450.

138 Sancti Grægorii Papæ Paſtorales, in cujus initio legitur: *Viſio cujuſdam Fratris, Vita Beatæ Mariæ Ægyptiacæ*, & in fine continuatur, *Viſio ſupradicti Fratris.* In fine adeſt Inſtrumentum Petri, vel primi Abbatis Sancti Martialis, ab anno 1053. uſque ad annum 1063. ex quo patet codicem hunc eſſe ann. 700. *in quarto.*

139 Tractatus de Dei Attributis, cum Commentariis; item de Vitiis & Virtutibus, abſque initio & fine, *in quarto*, ann. 400.

140 De ſeptem Vitiis & Oratione, de Fide, Spe & Caritate, & Judicio; Tractatus de Virtutibus (fortè D. Bernardi,) Sermo Exhortatorius; de Muſicâ & Tonis ejus; Tractatus Moralis; Explanatio Cantici Canticorum manca; Sententiæ ſeptem Sapientum; de Baptiſmo, Pœnitentiâ & Euchariſtiâ; de Rebus Logicis, de Cælo; Sententiæ ex Parabolis & Eccleſiaſtico Salomonis; Adjuratio ſeu Exorciſmus contra tempeſtates, *in quarto*, annorum partim 600. 500. & 400.

141 Fragmentum Dialogorum Sancti Grægorii Papæ, ſuo loco, id eſt, cum corpore Libri collocatum, ann. 700.

142 Vie de Saint Denis l'Areopagite, vie de Saint Euſtate, Vie de Saint Charlemagne par Turpin, pleine de fables; Traitè de la Terre Sainte, le tout vieux Gaulois, *in douze*, de 300. ans.

143 Tres Libri de Vitâ Contemplativâ, qui videntur eſſe Proſperi Aquitani; quædam Declamationes verſu & proſâ; Computus ſeu Liber de Ratione Temporum; quædam Explanatio Locorum Sacræ Scripturæ; Lectiones Officii Beati Joannis. Computus eſt annorum 700. Quædam in hoc volumine ſcripta ſunt à Bernardo Iterii anno 1201. Reliqua ſunt anni 1205. *in octavo.*

144 Tractatus de Peccato Adæ, de Incarnatione, Redemptione, de Purgatorio, & aliis nobis ignotis, ob corroſas

litteras, *in octavo*, ann. 400.

145 Quæstiones Geneſis, Exodi, &c. ex Lib. Confeſſionum Sancti Auguſtini; Figuræ & Dictiones Scripturæ de Quantitate Syllabarum; de Circulis & Signis cæli; Elucidationes Bedæ in Libros Regum; Vita Sancti Audoëni; Breviarium & Martyrologium per annum; Fidei Sacramentum explicatur, *in octavo*, annorum 500. Inibi legitur Unio Ducatus Aquitaniæ, Comitatûs Marchiæ, & Vice-Comitatuum Engoliſmenſis, Lemovicenſis, & Turennæ Regno & Coronæ Galliæ.

146 Meditationes Sancti Bernardi; Hiſtoriæ Sanctorum Sylveſtri, Mauri & Pardulphi; Liber qui dicitur Salvus & Moralis; de Virtutibus & Vitiis tractans; Gloſulæ Smaragdi ſuper Regulam Sancti Benedicti; Liber Hiſtoriarum; Collectio ex Libris Dialogorum Sancti Grægorii; Regula Sancti Benedicti; Regula Canonicorum ex Sancto Auguſtino, pro Canonicis Sancti Ruffi, cum Bullâ Urbani II. ad prædictos San-Ruſſeanos Canonicos; Sermones de diverſis Feſtis, *in quarto parvo*, ann. 450.

147 Hiſtoria Eccleſiaſtica, à creatione mundi uſque ad Antiochum Epiphanem, *in quarto*, ann. 500.

148 Sancti Grægorii Epiſtolæ de Symbolo; Euſebii Emiſſæni, ſeu potiùs Gallicani Homiliæ decem ad Monachos, Ejuſdem aliæ plures; S. Auguſtinus, de diſciplinâ Chriſti; Fragmentum S. Grægorii Nazianzeni; Apologeticus ejuſdem; ſeptem alii Libri de Epiphaniâ, *in quarto* ann. 600.

149 Vita S. Joannis Alexandrini per Leontium Epiſcopum Neapolitanum Cypriorum Inſulæ; duæ Hiſtoriæ ex Vitâ Patrum, tres aliæ Hiſtoriæ ex Bedâ, *in quarto*, annorum 650.

150 Collectiones ex diverſis; Hugo de Inſtitutione Novitiorum, de pluribus Locis Scripturæ ſacræ; Tractatus contra malos Præſbyteros, *in duodecimo*, ann. 400.

151 De Virtutibus & Vitiis, *in quarto*, ann. 400. Pauca deſunt initio.

152 De Dialogis Sancti Grægorii Papæ, abſque initio; Vita ſummorum Pontificum, auctore ſancto Hieronymo, ann. 700. Fragmentum ſub cottâ 141. huic Codici fuit adjunctum.

153 Vitæ Sanctorum abbreviatæ per totum annum, *in octavo*. ann. 300.

154 Epiſtola Domni Syri Monachi ad Odilonem Abbatem; Vita ſancti Majoli, per eumdem Syrum, Libri tres, & Liber unus de Miraculis ejuſdem; Vita ejuſdem Majoli, per Odilonem, *in quarto*, ann. 600.

155 Auguſtinus de Verâ Religione; Sancti Bernardi Apologia ad Guillelmum; Ejuſdem Libri quinque de Conſideratione, ejuſdem de diligendo Deo, ejuſdem de Gratiâ & Libero Arbitrio, ejuſdem Homilia ſuper *Miſſus eſt*, ejuſdem Epiſtolæ ad Nepotem & ad alios; S. Auguſtinus, ann. 400. reliqua 300.

156 Tractatus Moralis de Diverſis: Sermones ſeu Loca quædam Scripturæ ſacræ explanata linguâ Hiſpanicâ. De Locis Scripturæ ſacræ, Explanatio Latina, *in duodecimo*, annorum 300.

157 De Virtutibus & Vitiis, *in octavo*, annorum 500. Deſunt initium & finis præ vetuſtate.

158 Sancti Grægorii Papæ Epiſtola ad Joannem Ravennatem; ejuſdem Paſtorale ad eumdem, *in quarto*, ann. 600.

159 Sermo ſancti Leonis Papæ in Quadrageſimâ: Reſponſoria & Antiphonæ de ſancta Valeria: ſancti Benedicti Regula Carminibus exarata: ejuſdem Regulæ explanatio per Smaragdum: Capita ejuſdem Regulæ, *in fol.* ann. 700. In cujus fine legitur Inſtrumen um Donationis cujuſdam ſervi ſancto Martiali, ſub Ademaro Abbate. Cui Inſtrumento ſubſcripſit Wilhelmus Epiſcopus, circa an. 1095.

160 Bedæ Breviarium de Titulis Pſalmorum omnium, ex Caſſiodoro excerptum: Sermones in Feſto ſancti Benedicti, de vana gloria; ſancti Auguſtini, de igne Purgatorii; ejuſdem, de Verbis ſancti Joannis, ſancti Pauli Apoſtoli; ſancti Cypriani, de zelo & livore; ſancti Chryſoſtomi, de pœnitentiâ: Admonitio ſancti Auguſtini, de pœnitentia in vita & morte: ſancti Cæſarii Admonitio de tribus generibus Eleemoſinarum: Liber de octo principalibus Vitiis & eorum Remediis: Conflictus Virtutum & Vitiorum: alter Tractatus contra Vitia: duo Libri de Virtutibus: Iſidori Junioris peccata propria deflentis Synonima quatuordecim; Venerabilis Nilus, de octo Vitiis principalibus, annorum 700.

Ante Tractatum Venerabilis Nili hæc leguntur: *Anno milleſimo ducenteſimo quinto ab Incarnatione fecit hunc librum liga-*

re Bernardus Iterii, hujus Loci Armarius.

161 Flores Caſſiani: Diſputatio Petri Alphonſi Judæi converſi ad Fidem; Flores ex Helmando Monacho: Sermones de Figuris Beatæ Mariæ Virginis: Sermones aliqui: Collectanea de diverſis Myſteriis, *in fol.* an. 300. Papyriceus eſt hic Codex.

162 S. Hieronymi adverſus Jovinianum Libri duo: Apologeticus ad Pammachium contra Jovinianum: Liber de bono virginitatis ad Euſtochium: ejuſdem Epiſtola in Eutropium Conſulem: ejuſdem Epiſtola, ad matrem & filiam. Sequitur quidam Sermo ad Paſtorem: & aliud Scriptum ſine titulo, quod his verbis incipit, *Aſſumpto vero ſermone*, & ab Amanuenſi additur Inſtrumentum anni 1294. quarto Kal. Aprilis, de correctione Feſtorum, *in quarto*, ann. 800.

163 Hugo Prior ſancti Laurentii, de Converſatione Monaſticâ: ſancti Bernardi Meditationes, in quibus intermixti ſunt Sermones, & Preces devotæ, *in duodecimo*, annorum 450.

164 Sancti Iſidori Epiſcopi Libri tres de Rebus Theologicis & Moralibus; Alcuini Liber de Rebus Moralibus; Epiſtolæ ſeptem Catholicæ; Expoſitio Miſſæ, & alia Moralia, *in quarto majori*, ann. 900.

165 S. Iſidori Libri duo de Myſteriis Chriſti ad Florentinam. Juliani Toletani Liber Prognoſticorum de Animabus, de Reſurrectione, & aliis de noviſſimis Temporibus. Epiſtola ad Georgium Hieroſolymitanum; Epiſtola ad Leonem Papam; Expoſitio Symboli ſancti Athanaſii; Regula Canonicorum. Initio ſunt quædam Antiphonæ notatæ punctis, *in quarto majori*, ann. 750.

166 Opuſculum Tranſlationis ſancti Jacobi Apoſtoli: Adhortationes ſanctorum Patrum ad profectum perfectionis Monachorum diſtinctæ per viginti & unum capita, auctore Aimoino, *in quarto*, ann. 500.

167 Liber Sententiarum de diverſis piis rebus, ex Scriptura ſacra & ſanctis Patribus excerptus, *in duodecimo*, annorum 600.

168 Miſcellanea. Sermones cum Hiſtoriis: Collectanea ex Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, Grægorio, & aliis: Tobiæ Explanatio: Vitæ ſancti Maurilii & ſancti Abrahæ Anachoritæ; Geſta Chriſti apud Pilatum, imperante Tibe-

rio, quæ Theodosius Magnus reperiit Jerosolymis: de diversis Juris Quæstionibus: quidam Sermones de Sanctis, *in quarto*, annorum partim 600. 400. & 300.

169 S. Bernardi Speculum Monachorum: Idem de Præceptis & dispensatione; de gradibus humilitatis: Dogma ad Novitios, de vitiis & eorum natura: Doctrina sermocinandi de Sacramentis & Symbolo: Hugo Cardinalis, de gradibus humilitatis, *in quarto*, ann. 450.

170 Vita sancti Justi, Miracula sancti Eparchii, Elevatio Corporis sancti Martialis, Revelatio Capitis sancti Joannis Baptistæ, Vita sancti Martini per Severum Sulpitium tribus libris digesta, Revelatio seu ostensio sanctæ Crucis, Passio sanctorum Mauritii & Sociorum, sancti Hieronymi sermo de Assumptione Virginis, Passio & Miracula sancti Antonini Martyris Apamiensis, Miracula sancti Martialis; Sermo Alcuini de Hypapante, de sancto Mathia, de Nativitate Virginis; cum Tabula Bernardi Itherii Armarii anni 1200. *in fol. parvo*, ann. plusquam 750.

171 Variæ Historiæ ex Vitis Patrum & aliis Locis excerptæ, *in duodecimo*, valdè laceratum præ vetustate, ann. 500.

172 Vita sanctæ Radegundis; Passio Chrisanthi, Dariæ, Nerei & Sociorum, Callixti Papæ, sancti Pauli, Cirrici & Julitæ; sancti Chrysostomi Sermo; Vita sancti Germani Episcopi; Passio sanctorum Joannis & Pauli; Passio sanctorum Justi, Bonifacii, Jacobi, Vincentii & Margaritæ; Vita Odilonis Cluniacensis; Sermones aliqui, *in quarto*, annorum partim 700. & 600.

173 Adhortationes Patrum de spiritali Sæculo; sancti Hieronymi Epistolæ ad Eustochium, ad Demetriadem de Antichristo, *in quarto majori*, ann. 500.

174 Tractatus de Avaritia, & Sermones de Festis, scripti à Bernardo Itherii Armario sancti Martialis, anno 1230. Epistola Rabbani Mauri ad Lotharium Imperatorem, & Tractatus de Trinitate; Explanatio Locorum Scripturæ, & Sermones ubi agitur de verbis Christi in Cruce; Historia Theophili Pœnitentis, & plures aliæ ex sancto Grægorio & aliis. Quædam Orationes & Quæstiones Theologicæ: Carmen Exametrum Morale: Tractatus Hugonis de Bonavalle, de Verbis Christi in Cruce: Historia Clerici Sanati, Sermo & Carmen: Antiphonæ & Prosæ, cum plano

canendi

canendi modo, *in octavo*, annorum partim 550. 500. & 400.

175 Vita Patrum & Dicta: Vita ſancti Furſæi, ſanctæ Valeriæ: Miracula ſancti Martialis: Paſſio ſeptem Fratrum Dormientium: ſanctus Auguſtinus de Peccato Originali: Tractatus Moralis de Virtutibus & Vitiis principalibus, *in quarto*, annorum 650.

176 Smaragdi de Variis Patrum Tractatibus Collectiones, ſancti Cæſarii Arelatenſis Sermones aliqui, ann. 500.

177 Tractatus Theologicus de Trinitate, de Scientia Dei & de Legibus: Sermones de Feſtis: de Quæſtionibus Theologicis: Summa Joannis Belleti, de Eccleſiarum Officiis per annum: Petri Lombardi Quæſtiones Theologicæ de Attributis, de Prædeſtinatione, de Nominibus Dei, & Miſſionibus Divinis, *in folio*, duodecimi & decimi tertii ſæculi. Pauca deſunt initio.

178 Exempla ſacræ Scripturæ, id eſt, Liber Moralis & Allegoricus, per litteras alphabeti decurrens magnæ doctrinæ & utilitatis, *in fol.* ann. 500. & 300.

179 Bernardi Guidonis Epiſcopi Lodovienſis, Ordinis Fratrum Prædicatorum, quarta pars Speculi Sanctoralis, de Confeſſoribus & ſanctis Virginibus, *in fol.* annorum circiter 319.

180 Miracula Beatæ Mariæ Virginis, ejus denique Pſalterium, *in quarto*, ann. 400.

181 Duo Sermones ſancti Auguſtini, & Tractatus in Joannem de Martha & Magdalena: de Actis ſancti Petri Exorciſtæ: ſancti Iſidori Hiſpalenſis Libri Sententiarum, in quorum primo de Rebus Theologicis, in ſecundo & tertio de Virtutibus & Vitiis agitur: Tractatus de Principum regimine, *in quarto majori*, ann. 600.

182 Caſſiani Opera, id eſt, Liber de Inſtitutis Renunciat. & Collationes Patrum, *in fol.* ann. 350. Pauca deſunt circa finem.

183 Membrana complectens Catalogum Librorum qui duodecimo ſæculo ſervabantur in Bibliotheca S. Martialis.

QUARTA CLASSIS,
In quâ recenſentur Doctores Juris Canonici & Civilis, Philoſophi, Medici, Hiſtorici, Politici, Poëtæ & Oratores.

184 CODex cui titulus, *De Novo Codice componendo*, ſine Gloſſa, ann. 300.

185 Decretum Gratiani, ſeu Collectio Quæſtionum Juris Canonici, ex Summis Pontificibus & Patribus, *in fol.* an. 400.

186 De generibus Argumentorum & fallaciis, cum Sermonibus de Sanctis & Dominicis, ex Sancto Bernardo, Hugone, & aliis Authoribus excerptis, *in octavo*, ann. 400.

187 Brandani Peregrinatio; Anniverſaria per annum, Obituaria & Reditus Cenſuales; Sermones aliquot; Tractatus de Eclogis, Verſibus & Epiſtolis; Explicatio Æneidos Virgilii; Iſagoge in Moralem Philoſophiam; Gloſſulæ Martini à S. Benedicto ſuper Statium; Fragmentum Evangelii ſancti Joannis commentatum; ſancti Patricii Purgatorium, *in quarto*, ann. partim 500. vel circiter, & partim 400.

188 Varii Tractatus de Jure Canonico. Deeſt initium; & Reſolutiones quarumdam Quæſtionum, *in quarto*, an. 400.

189 Dialectica ſeu Logica, *in quarto*, XIV. ſæculi.

190 Liber Grammaticæ, ſeu Explanatio Donati, *in octavo*, ann. 500.

191 Tractatus Grammaticæ, & de ejus Regulis ad longum Explicatio, *in quarto*, ann. 500.

192 Fragmentum Juris Canonici, cum Gloſſa. Deeſt initium, deeſt & finis, *in fol.* ann. 300.

193 De Medicina & Morbis Conſtantini Monachi Caſſinenſis ſuper Hypocratem, de Morborum natura & cura, Fragmentum, *in quarto*, ann. 300.

194 Fragmentum Grammaticæ, *in duodecimo*, ann. 500.

195 Fragmentum Logicæ, ann. 300.

196 Collectanea ex Libris Canonum de Fide Catholica & Symbolo: Canones alii ex Sylveſtro Papa & aliis: Tractatus de Aſtronomiâ: Reſolutiones quarumdam Quæſtionum ex Evangelio: Dogma Fidei: Iſidorus de Tonſurâ

Clericorum, *in quarto*, ann. 600. & ultrà.

197 Galenus de ſanis & ægris Corporibus: Hypocrates de Morbis Acutis: Libri Theophili de Morbis & Remediis, & de natura Herbarum, *in octavo*, ann. 450.

198 Liber de Medicinâ & Præceptis ejus, & de Herbis; de Argumentationibus & Definitionibus Logicæ, *in octavo*, XIV. ſæculi. In hujus Codicis cooperturâ leguntur Preces ſeptimo ſæculo compoſitæ.

199 Ars Notarii Ranerii Peruſiani, ann. 300. Definitiones Arnaldi de Privilegiis Eccleſiarum in acquirendo, retinendo, alienando & exigendo: de Quæſtionibus Juris Canonici: Tractatus de Logicâ: Sermones de Feſtis: de Elenchis ſeu Sophiſticis: de Ceremoniis & Officiis S. Martialis, *in octavo*, ann. 350.

200 De Præceptis Dei, maximè de Tabulis: de diverſis Locis Scripturæ ſacræ: de Quæſtionibus Philoſophicis, de Theologicis, de Deo ut cauſâ primâ: de Quæſtionibus Logicis & Phyſicis: de Sacramentis: de Regulis Juris: Gloſſulæ in Porphirii Iſagogen: Tractatus qui videtur eſſe de eâdem re, *in quarto*, ann. 500. Deeſt initium.

201 Medicinæ Liber de Vario Pulſu: de dictis Univerſalibus: Compendium Prognoſticorum ſuper Librum Hypocratis: Gloſſæ compilatæ à Stephano de Caneto, quæ ſunt de Rebus Naturalibus *in folio minori*, ann. 400. Pauca deſunt initio.

202 Explanatio Pſalmorum: Tractatus de Morbis Corporis: Tractatus de diverſis excerptus Authoribus; de Rebus Naturalibus Hominis, de Membris, Morbis, Paſſionibus: Regulæ Grammaticæ & Rhetoricæ: Carmen Morale, *in octavo*, ann. 550.

203 Codex Decretalium, *in quarto*, ann. 500. Deſunt initium & finis.

204 Vita Sanctorum, numero 73. *in folio quammaximo*, ann. 600. & ultrà, in quo multa abraſa, & miſerabiliter lacerata, tum ob litteras majuſculas minio depictas, ſed ablatas, tum propter nimiam hujus voluminis amplitudinem, tum maximè propter ipſius vetuſtatem.

Qui ſe Emptores præbebunt, de Pretio & Pactis certiores facti erunt apud Fratres BARBOU, *Bibliopolas, viâ San-Jacobæâ, ſub Ciconiis.*